

*Factus est mihi sermo Domini in opprobrium.*

Léctio libri Ieremíæ prophétæ

20, 7-9

- <sup>7</sup> **S**eduxísti me, Dómine, et sedúctus sum;  
fórtior me fuísti et invaluablesti.  
Factus sum in derísium tota die,  
omnes subsánnant me.
- <sup>8</sup> Quia quotiescúmque loquor, vocíferor,  
iniquitátem et vastitátem clámito;  
et factus est mihi sermo Dómini  
in oppróbrium et in derísium tota die.
- <sup>9</sup> Et dixi: «Non recordábor eius  
neque loquar ultra in nómine illíus».  
Et factus est in corde meo quasi ignis exáestuans  
clausúsque in óssibus meis:  
et deféci, ferre non sústinens.

Verbum Dómini.